

1547. die 27. Februarij.

Matta Commendatoria Posnaniensis

Ex Orig: arch: Regni.

81

Sigismundus Rex dat potestatem  
filio suo, Commendatorem Posnani-  
ensem aliquo humano casu moderni,  
alium substituendum nominandum, quem vi-  
sum fuerit.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae  
Supremus Dux Lithuaniae, Russiae, Prus-  
siae Masoviaeque et Dominus et Haeres,  
Significamus tenore presentium, quibus  
Expedet Universis, et singulis harum notitia  
habituris. Quod cum Serenissimus Dominus  
Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Po-  
loniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prus-  
siae, Masovia, Samogitiaque et Dominus  
et haeres filius noster charissimus, una nobis  
cum caro unum corpus, unus etiam sit ani-  
mus: haud aliter ac magis etiam propemo:  
dum rationibus illius, quam nostris prospe-  
ctum cupimus; neque nostra nobis quam  
illius dignitas cura est majori, Itaque  
ut habeat unde alicui ejus Majestas  
benemeritorum servitorum suorum beni-  
gnè facere possit, hanc illi facultatem  
Dedimus et concessimus, ita ut Damus et  
concedimus presentibus, ut si quid ei, qui  
nunc est Commendator Posnaniensis  
humilitas acciderit, plenum jus Dedi-  
mus et concessimus, ita ut Damus et con-  
cedimus presentibus, ut si quid ei, qui  
nunc est Commendator Posnaniensis hu-  
militas acciderit, plenum jus habeat

alium



alium in locum, quem visum fuerit Ma:  
jestati ejus suffiendi, quemunque vero  
Majestas ejus Commendatorem Poloni:  
ensem nominaverit, eum pro Commenda:  
tore ab omnibus haberi, ac in possessione  
villarum et bonorum omnium ad Com:  
mendatorem pertinentium. mitti, ac De Com:  
mendatorie fructibus ei responderi vo:  
lumus et mandamus. Quod quid autem  
ea De re statuerit Serenissimus filius  
Noster, id ratum gratum sumus habituri  
non secus, quam si a nobis ipsis factum  
esset. Quando quidem jus omne Cracovien:  
satis vacatione occurrente nomi:  
nandi, quod nobis competit in Majesta:  
tem ejus transulimus, ita ut transe:  
rimus presentibus, non obstantibus qui:  
buscunque literis nostris, a nobis Desu:  
per ante et postea, quomodocunque  
emanatis, quibus omnibus ad presens  
Derogari volumus et Derogamus. Ha:  
rum quibus sigillum nostrum est subap:  
pensum testimonio literarum. Datum  
Cracoviae, Die ante penultima Februarij.  
Anno Domini 1547. Regni vero Nostri An:  
no 41.

Samuel Episcopus Cracoviensis, et Vice  
Cancellarius subscripsit.

Relatio Quae in litteris Patris Domini  
Samuelis Marcejevski Episcopi Craco:  
viensis et Regni Poloniae Vicecancellari:  
rij.

Na kopia przepisana z brygynadu pergaminowe.  
go dnia 11. Wrzesnia. R<sup>o</sup> 1784. u ktorego dotawisi  
na sznurku cedwabnym jncarnatowym kolore, pieczec.